

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 8471

**Auteur(s) :** Guillaume de Semilly [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Aunay-sur-Odon, Notre-Dame d'Aunay (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** ...1198...

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume de Semilly, représentant Ingilram ou Enguerrand et Agnès, stipule pour la paroisse d'Aunay, et affirme ses droits sur Saint-Étienne de Caen.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Le Hardy Gaston, *Étude sur la baronnie et l'abbaye d'Aunay-sur-Odon*, Caen, H. Delesques, 1897, Pièces, n° 15, p. 280-281.

## Dissertation critique

Datation proposée par G. Le Hardy.

Commentaire de G. Le Hardy : « Charte reproduite d'après une copie collationnée et authentiquée par Me Quentin, notaire apostolique, le 17 janvier 1649. – Archives. »

Sanson, XIe abbé de Saint-Étienne de Caen, 1197-1214.

Texte d'après a

Universis ad quos presens carta pervenerit Willelmus de Semilli, salutem. Noverit Universitas vestra quod ego concessi et hac presenti carta mea confirmavi pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum donationem quam Engerrannus antecessor meus cum Agnete uxore sua fecit Deo et Sto Stephano Cadomi et monachis ibi Deo servientibus, de ecclesia Sti Sansonis de Alneto habendam et possidendam eodem cænobio in firmam et perpetuam eleemosinam cum omnibus decimis pertinentiis ad eandem ecclesiam pertinentibus, ita libere, quiete et integre, et ab omni jure episcopali absolute, sicut antecessores mei unquam melius eam habuerunt, ita etiam quod nihil juris, nihil omnino consuetudinis retineo mihi vel heredibus meis in eadem ecclesia, nunc in decimis, nunc in aliis quibuslibet pertinentiis suis, excepto de presbitero constituendo in eadem ecclesia, sicut continetur in carta regia Guillelmi fundatoris ejusdem cænobii, videlicet quod prefati monachi debent constituere idoneum presbyterum in eadem ecclesia. Quod si non fecerint Ego debeo commonere eos sicut fratres meos ut faciant, et si ita non fecerunt, Ego debeo capere in manu mea et tenere eandem ecclesiam cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, donec constituerint idoneam personam in eadem ecclesia, quam personam non debeo rejicere sine rationabili et convenienti causa. Et sciendum est quod duo de prefatis monachis debent venire per annos singulos ad festum Sti Sansonis, divinum officium in eadem ecclesia celebraturi propter honorem Sancti, et memoriam tam mei quam antecessorum et heredum meorum, et nullam capient forifakturam de suis paroissianis de Alneto. Sciendum est etiam quod abbas receperunt me in fratrem et participem omnium spiritualium bonorum domus sue, ita quod audito obitu meo, facient de me tanquam de uno suorum monachorum, et si voluero, sepeliant

me in suo cimeterio. Et ego pepigi sic bona fide in suo capitulo quod eos tanquam fratres diligam, et hanc donationem ratam et gratam semper habeo, et pro posse meo garantizabo. His testibus : Sansone, abbate. – Odone, priore. – Renato, subpriore. – et aliis monachis ejusdem loci. – Radulpho de Buron. – Jordano de Semilli, clerico. – Renato de Corcell. – Matheo de Sancto-Germano. – Gaufrido de Dou..ra. – Luca B... – Et aliis pluribus.